

DOUBLE

af 43

BONPLANDIA.

Zeitschrift für die gesammte Botanik.

Organ

für

Botaniker, Pharmaceuten, Gärtner, Forst- und Landwirthe.

Herausgegeben

VON

Wilhelm E. G. Seemann,

Mitglied der K. L.-C. Akademie der Naturforscher
etc. etc.

Berthold Seemann, Dr. Ph., F. L. S.,

Adjunct der K. L.-C. Akademie der Naturforscher
etc. etc.

„Nunquam otiosus.“

✓
IX. Jahrgang.

Mit einer colorirten Tafel, zwei Holzschnitten und vier Tabellen.

Hannover.

Verlag von Carl Rümpler.

1861.

London.

Williams and Norgate,
14, Beauforte Street, Covent Garden.

New York.

B. Westermann & Co.,
20, Broadway.

Paris.

Fr. Klincksieck,
11, rue de Lille.

MISSOURI BOTANICAL GARDEN LIBRARY
RECEIVED
AUG 28 1951

hielt ich für meine Pflicht, mir vollständigere Exemplare von *Morina* zu verschaffen und die Untersuchung derselben wieder aufzunehmen. Dieselbe ergab mir aber, dass *Morina* in Uebereinstimmung mit allen früheren Angaben eine einsamige, von einer Hülle umschlossene und vom Kelche gekrönte Schlauchfrucht mit umgekehrtem Samen besitzt, dessen Keim geradläufig ist und dessen Würzelchen nach oben liegt, also ganz in derselben Weise wie dies für die *Dipsaceae* maassgebend ist. Eiweis, welches freilich bei den *Dipsaceae* überhaupt nur sehr sparsam auftritt, habe ich im völlig entwickelten Samen jedoch nicht wahrnehmen können, wahrscheinlich ist es jedoch, dass es sich im früheren Zustande vorfindet. Ausserdem hatte ich Gelegenheit, den Pollen von *Morina* genau untersuchen zu können. Wenn ich denselben auch nicht als tetraëdrisch, wie ihn Endlicher bei den *Dipsaceae* beschreibt, bezeichnen kann, so ist er doch von dem der *Acanthaceae* durchaus verschieden. In dieser Familie hat nämlich der Pollen, soweit ich denselben untersuchen konnte, keine Extine und ist meist oval, während derselbe bei *Morina* länglich-elliptisch ist und eine Extine und 3, seltener 4 Poren besitzt, aus denen unter Wasser bald ein kurzer Schlauch hervortritt. Also auch nach diesem Merkmale muss die Gattung *Morina* zu den *Dipsaceae* gezählt werden und es bleiben daher keine Kennzeichen, welche dazu berechtigten, sie mit den *Acanthaceae* zu vereinigen. Nur die Tracht der Morineen, durch den quirlförmigen Blütenstand hervorgerufen, gleicht der einiger *Acanthaceae* und bildet gewissermassen einen Gegensatz zu jener der *Dipsaceae*, welche sich durch die endständigen Blütenköpfe auszeichnen. Deshalb werden die Morineen aber auch als besondere Abtheilung der *Dipsaceae* angesehen und sind wir genöthigt, ihnen ihre alte Stellung im natürlichen System wieder anzuweisen.

Addenda

ad floram Atlantidis, praecipue insularum Canariensium Gorgadumque

anctore
Carolo Bolle.

V.

Labellaceae.

132. *Laurentia canariensis*, Alph. D. C. Prodr. VIII. sect. II. pag. 410. *Solenopsis canariensis*, Presl. Prodr. mon. Lob.

HAB. in agrosia archipelagi canariensis, rarissima. Teneriffa (ubi?), ex D. C. — Canaria: „en un charco de la Cañada de S. Lorenzo; Barranco de la Virgen, ad fontes (Bourgeau, 1846).

Fl. Martio et Aprili. Plantula est mere canariensis, in *Phytographia Webbii-Berthelotiana omiassa, tenerrima, pedunculis filiformibus aphyllis unifloris, floribus coeruleis primum nutantibus mox erectis.*

Campanulaceae.

133. *Campanula jacobaea*, Chr. Smith in *Tuck. Voy.* pag. 251. *Spicil. gorg.* p. 148. *l.c.* t. 12. A. Schmidt, *Beitr. Capverd.* p. 208.

Elegantissimae huius speciei, quae *gorgadensis* florae decus, ut *Canaria Campanula canariensis*, binae *Muscichia aurea* et *uperrime detecta Wollastoni maderensis, Campanula Vidalii denique azoricae, quatuor distinctae formae nobis innotuerunt:*

α. *genuina*: suberecta 1-pedalis est ultra laxa, ramis robustis, herbaceis elongatis strigosohirtis intermixtis pilis setiformibus multo longioribus patulis, foliis oblongis saepe bipollicaribus supra glabrescentibus, subtus, praesertim secus nervos, strigosis, calycis laciniis lanceolatis elongatis subpatentibus, corolla ampla glabra cyanea.

HAB. in *Gorgadum occidentalium, praecipue St. Antão et S. Nicolao, montibus altioribus, solo pingui, ubi humiditas non ex toto deest. In insula S. Antonii rarius quoque flore pallido, in illacium vergente, crescit.*

Fl. post pluviam, inde ab Augusto.

Haec descriptionem *Webbianam* simulac figuram refert, quamvis in hac caulium pili retrosum versi depinguntur, quos nonnisi patulos nos observavimus. Corolla ampla quidem, sed propter calycis laciniis elongatis plerumque calyce duplo modo longior.

β. *humilis*: ramis solo adpressis vel e rupum fissuris pendulis, valde foliosis breviter et subadpresso strigoso-hirtis, foliis brevibus vix pollicaribus ratione longitudinis quam in var. α. latioribus parce pilosis subtus albide tomentosissimolibus, calycis laciniis abbreviatis, corolla extus puberula ampla calyce triplo longiore saturate et pulcherrime cyanea, coloris intensitate *Gentianae acaulis semula, seminibus (?) granulatis.*

HAB. in rupibus sicciisimissis apricis calidisque montium per insulas S. Vicente, ubi ex. gr. in

Monte-Verde abundat, et S. Nicolao ex. gr. secus viam consulari Camalho-novo dictam, supra aedes Thomae Pires.

Fl. per totum fere annum, inde a Julio ad Februarium Martianaque nobis visa.

γ. *bravensis*: erecta, caulis medulla farcta, inferioribus densissime et breviter patenti strigoso-villosa striato-subangulosis, foliis femae fere α., supra glabris nitidis ad nervos tantum vel interdum totis parce pilosis, subtus pallidioribus dense breviterque pilosis, calycis basi saepe rubro notati laciniis anguste lanceolatis, omnium varietatum maxime elongatis brevissime strigosis margine pilis longioribus setiformibus ciliatis, corolla extus puberula intus glabra calyce duplo triplove longiore pallide albedo-flavescente cum venis viridibus, extremo limbo saepe anguste et inconspicue violaceo-marginata, filamentis pilis paucissimis adpressis, ovario citrino nitido puberulo basin versus glabrescente, stylo incluso albedo stamina duplo fere excedente parte inferiore puberulo, seminibus luteis nitidis.

HAB. in ins. Bravae rupibus altioribus, copiose; ibique ab incolis Ortiga branea sive Velho teso i. e. Urtica alba vel Senex rigidus vocatur. In horto botanico Berolinensi haec varietas, caeteris minus conspicua, nunc jam per septennium culta et abunde florens, immutata mansit.

δ. *hispidia*: fere tota setoso-hispida, caule striato folioso, foliis inferne dense positis, superioribus inter se remotiusculis oblongo-spathulatis basi longo tractu attenuatis sessilibus obtusiusculis, subtus dense setoso-strigosis supra glabrescentibus pilis raris strigosis obtusis crebro reticulato-venosis, floribus subexiguis, calycis profunde partiti laciniis lanceolato-triangularibus acutis hirtis margine setoso-ciliatis, corolla calyce duplo longiore extus pubescente, stylo apice exserto.

HAB. in insula Santiago, loco natali speculatore ignoto. Inter reliquias b. Bocandei inventam e pessimis exemplis imperfecte tantum novimus. Fieri potest, hanc propriam esse speciem; eximia setositate florumque exiguitate habitu saltem a stirpe Webbianis, quae probabiliter et Smithiana, magnopere recedit; tamen ab hac eam separare non ausi sumus.

Campanulae jacobaeae radix est tortuoso-fusiformis, versus collum inflata, colore pallide luteo-fusco, cortice suberoso, brevis circ. 1-pollicaris, inferne fibris nonnullis instructa. Herba inodora, insipida scetlet lacte. Calyx inter laciniis appendicis gerit auriculiformis. Species est ex toto gorgadensis.

134. *C. dichotoma*, L.

Legimus semel tantum hanc speciem in rupibus sicciisimis prope Sanctam Crucem Teneriffae* (Webb Berthelot, Phytogr. canar. III. p. 8). Non ita rara tamen est, quam citatis verbis non potest non videri. Abundantissime enim crescit in valle calida nudaque mari proxima Barranco hondo et hinc inde in glareosis versus oetium

convallia Tajodio, gregarie, utriusque S. Crucenali urbi vicinis! Porro in eisdem propinquis Barranco de Surríta a cl. Berthelot, Barranco Santo a cl. Bourgeau lecta fuit. — Handia, prope Cofeito! et alibi in Fuertaventura et Lanzarote (Hartung).

Fl. Februarii ad Aprilem. Plantae canariensis in eadem statione calycis appendices longiores vel breviores plus minusve adpressae et speciei typum et Candolleam varietatem *brachiatam* representant.

135. *Wahlenbergia lobelioides*, Webb. Berth.

Planta gorgadensis ad formam in Canariis vulgatam α. Gussonei, W. B., W. nutabundae, Guss. synonymam, pertinet; est enim robusta et latifolia, nutantque flores. Sola panicula, quantumque in sterilissimis crescat, diffusa, multiflora recedit a canariensi simpliciore magisque pauciflora. Corollae ex albedo coerulescentes.

HAB. non solum in ins. St. Antão, ubi el. A. Schmidt primus eam observavit nosque in altissimo jugo Cumbre sat frequentem vidimus, sed etiam in S. Vicente in medio adscensu cacuminis Monte-Verde, m. Februario 1853 jam pro maiore parte deplorata, nobis obvia.

136. *Muschia aurea*, Dumort., Campanula aurea, L. a Labillardière et Saviön in excelso Teyde locis vicinis, a Bory de St. Vincent circa Orotavam quoque crescere fertur; sed certe stirps canariensis non est. Cl. Link iam dubitauerat inter tales eam enumerat neque ab ullo recentiorum extra Maderam reperit fuisse eam scimus. Laudati viri, ad quos plantae maderensis fama tantum pervenisse videtur, Canariinae Campanulae florum colore et fulgore verosimiliter decepti, hanc in Teneriffa sat vulgatam, per errorem nomine Campanulae aureae salutaverint.

Ericaceae.

137. *Clethra arborea*, Hort. Kew. e florae canariensis catalogo delenda est, uti iam amic. Schacht recte monuit. In convalle de N. Sra. de Gracia sub urbe Laguna sita, ubi a b. Buch indicator, omnino deest, neque, quum in Madera, vera ejus patria, excelsorum jugorum incola, haec vallis autem calidior sit, facile sylvestris crescere potest. Nunquam ne cultam quidem nobilissimam arborem in Canariis conspeximus. Error eo fortasse natus, quod nomine Folhado, in Madera Clethrae solemnii, in Fortunatis (mutata orthographia) Viburnum rugosum, Pers. salutatur.

Asclepiadeae.

138. *Asclepias curassavica*, L. vulgo: *Amor indiano*.

HAB. in paludosis Gomeræ; Barranco de S. Sebastian inter Juncos et Equisetas; nec non ad oetium vallis del Gran-Rey! nunc ex toto sylvestria. In Canaria etiam efferata esse dicitur.

Fl. auctumno.

139. *Ceropegia fusca*, C. Bolle.

C. canibus flabelliformibus crassis basi humi-

fusa radicanibus adscendentibus glaucis aphyllis (an semper?), floribus ad ramorum apicem congregatis erectis, pedunculis brevibus 2—3" longis, calycis lacinis lanceolatis acutis brevissimis, corollae glabrae 1-pollicaris fuscae saturatus strigatae tubo cylindrico, infra limbum paulo angustato pallidiore, lacinis basi late lanceolatis apice longe productis linearibus subulatis tubi tertiam partem aequantibus vel longioribus.

HAB. in Canaria, in collibus retro Ciudad de las Palmas, ubi loca dendro-euphorbifera Barranco Seco nuncupant! Arucas (Buch), qui iam „vielleicht eine andere Art" dicit. Certè quia non solum corollae in vivo ulterius observandae describendaeque color, sed totius plantae crescendi ratio diversa.

140. *Sarcostemma Daltoni*, Dcne. vernaculo sermone in Gorgadibus (praecipue in insulis St. Antão et St. Vicente) *Levato* vocatur. Flores plerique steriles post anthesin cadunt, ita ut rarissime fructus formari videantur; surculis radicanibus contra planta quam maxime propagatur.

Gentianeae.

141. *Erythraea tenuiflora*, Lk. Hoffmg. Fl. Port. I. p. 354. t. 67. *E. latifolia* β . tenuiflora, Grieseb. in D. C. Prodr. IX. p. 58. *Chironia Centaureum*, Phys. Besch. canar. Ins. p. 145 et 171. *Erythraea Centaureum*, Phyt. can. III. p. 19, non Pers.

Ulgo: *Yerba pedorrera*.

HAB. in graminosis humidiusculis convallium et ad sylvarum margines in Teneriffa frequens, ex. gr. Barranco del Agua prope Guimar; Valle de Jagal! Sta Cruz de Tenerife (Buch). Orotava (Berthelot). — Nulli copiosior quam in Canariae Magnae palude maritimo el Charco de Maspalomas!

Fl. Februario ad Majum.

142. *E. ramosissima*, Pers. Syn. I. p. 283. *Gentiana Centaureum* β . L. Sp. pl. I. p. 333. Ic. Hayne Arzn. I. t. 30.

A solo cl. Griesebach, gravissimo teste, Teneriffae nec non Maderae incola esse dicitur. Locus specialis in Canariis ignotus.

143. *E. viridensis*, C. Bolle. *Centaureum auctumale*, Chr. Smith in Tuck. voy. p. 252 non Pers. *Erythraea ramosissima*, Spic. gorg. p. 150, non Pers.

Erecta 4—5-pollicaris glabra, caule gracili simplici (basi semper) vel superne pauci ramoso, foliis infimis rosulatis ovalibus utrinque subaequaliter rotundatis obtusissimis trinerviis, caulibus conformibus oppositis sessilibus brevissime subapicalibus, scrobibus laxè dispositis characteratis, calycis lacinis 5 linearis lanceolatis acutis corollae tubo brevioribus, corolla rosea, inter tubum et limbum angustata, lobis ovalibus obtusissimis vel apice subtruncatis crosso-denticulatis, genitalibus corolla brevioribus.

HAB. in graminosis montium Bravae! In re-

gione humida et graminosa insulae Santiago locis jugo Pico de Antonio vicinis, inter 1500 et 3000 ped. alt. (Chr. Sm.)

Fl. Aprili ad Novembrem. Differt ab *E. latifolia*, Sm., cui habitu proxima: caule subsimplici, inflorescentia laxa, corollae lobis obtusissimis, constanter, in speciminibus a nobis lectis visisque, crosso-denticulatis.

144. *Ixanthus viscosus*, Grieseb. Gent. p. 129. *Gentiana viscosa*, Ait. Hort. Kew. L. p. 109. *Exacum viscosum*, Smith Ic. 3. t. 18. Willd. herb. No. 2923! Link in Buch Phyt. Besch. Can. p. 145 et Buch ibid. p. 180.

Ulgo: *Reina del Monte*.

HAB. in sylvis lauriferis Teneriffae, Canariae, Palmae. — Valle de las Palmas; Vueltas de Taganana; supra Tegueste el viejo! Cumbre inter Laguna et Taganana (Buch). Agua-Garcia (Berthelot). — Barranco de la Virgen (herb. Webb). — Monte grande de Barlovento et alibi in Palmae saltibus sat frequens! Haec species in Phytographia canariensi oblivione omisa fuit.

Bignoniaceae.

145. *Sesamum radiatum*, Schum. Guin. p. 282. *Spicil. gorg.* p. 150. *Sesamopteris radiata*, D. C. Prodr. IX. p. 251. excl. Syn. Endl.

Planta quoad flores Digitali purpurea, L. similis: caule subignoso 2—3-pedalì stricto, ramis erecto-diffusis glanduloso-hirtis, foliis triangularibus inciso-dentatis rugosis glanduloso-hirtis petiolatis, superioribus breviter petiolatis late linearibus, inflorescentia axillari-spicata secunda, floribus solitariis geminatis, corolla basi valde angustata mollior pubescenti, lobo superiore leviter inciso, 2 lateralibus, inferiore elongato. Color corollae roseo-purpureus, intus stris albis punctisque saturate purpureis. (Diagnosis in ipso loco natali tabellis inscripta).

HAB. in ins. Brava, ad ostium vallis Ribeira dos Ferreiros, ubi in petrosis calidis inter frutices *Bombardeiras* (*Calotropis procera*, R. Br.) magna copia adest.

Locus specialis hucusque ignotus fuerat; d. 16. Decembris 1852, comite Ayres do Bomfim Nicoete primus eundem reperi. Quum planta elegantissima tunc temporis et floreret et semina matura gereret, anthesin ejus certe iam m. Novembris incipere patet.

Culturarum aegre ferre videtur, quum a permultis individuis et seminibus viridenibus allatis in horto Neo-Schoenebergensi, curante amic. Aemilio Bouché, natis, peracto hyeme primo ne ullum quidem superstes fuisset.

Convolvulaceae.

146. *Legendrea mollissima*, Webb in Phytogr. canar. III. p. 27. Ic. t. 137.

Stirps est verosimiliter exotici originis, quam fortasse subsponsantem in Canaria viderit et per errorem pro Canariensi sumpserit b. Despreaux. Ut Bourgeau, etiam nos frustra per insulam, pra-

cipue in loco natali indicato el Dragonal, eam quaeivimus; immo ipsum b. Webbius de hujus speciei indigenatu postea volviase dubia e colloquii compertum habemus. Insuper in herbario Fontanesiano ejus specimen probabiliter a Broussonetio lectum asseratur, cui adscriptum: „Convolvulus lignosus, scandens, topiarius, cultus in Teneriffis; flores albi, fundo fusco. (Plantae canariae corolla limbo albo, fundo violaceo describitur.) An distat a C. domingensi?“

147. *Ipomoea muricata*, Ker. Bot. Reg. in notulis ad calcem vol. IV. Spicil. gorg. p. 153. Calonyction speciosum β muricatum, Choisy. in D. C. Prodr. IX, p. 345. Dene. in Catal. Devill. operi adjecto. Convolvulus muricatus, L. Mant. p. 44. Willd. herb. No. 30702. I. bona nox β purpurascens, Bot. Reg. IV. t. 290. — Jacq. Hort. Schoenbr. III, 323.

Planta gorgadensis omnibus partibus essentialibus tota habitu cum indica congruit. Annua est; radicem fibrosam, debilem, caulem paucipedalem, parce muricatum, subvolubilem, folia (primordially vidimus opposita, antice latissime semilunari-emarginata biida) in stirpe nascenti infima interdum trisecta, lobis acutis, gerit. Folia cuncta in spicem saepe subulatum longiusculum protrahuntur pleraque mucronulata sunt. Bracteae late lanceolatae, basi attenuatae, acutissimae, subulatae, valde venosae, caducae, flores singuli, bini ternive in quoque pedunculo, sepala longe acuminata, subaequalia; corolla tripollicaris, pelchre lilacina, extus striis viridescensibus; genitalia tubum aequantia nec longiora; calyces post anthesin deflexi.

Perperam hanc speciem Choisy sub nomine Calonyction speciosum cum diversissima I. Bona nocte Linnaei conjunxit.

HAB. abunde in S. Nicolai jugis elatis, ubi prata pinguis, frutices et arundineti! Totam regionem montanam, post pluvia rapide orta, m. Septembri florum copia et elegantia amoenissime condecorat. — Brava; St. Antão, supra Paul nec non in littore abrupto inter Ribeira de Paul et Povoação, quamvis raro, ad maris aequor usque descendens! Locus specialis in Gorgadibus hucusque ignotus fuerat. Quum b. Webb inter Vogelli, ego inter Bocandei reliquias eam invennerimus, hanc speciem per insulas S. Vincentii et S. Jacobi quoque crescere et igitur totius archipelagi montosi facile civem esse, procul dubium.

148. I. *Pes Caprae*, Sweet.

Hujus Ipomoeae tantum var. γ Lamarekii; „foliis majoribus, ovato-subrotundis, leviter emarginatis“ nunquam formam foliis binato-bilobis in Gorgadibus observavimus. Eadem igitur nostra est ac Schumacheri Convolvulus rotundifolius, in littore Guineae danicae vulgatus sistitque formam occidentali-africanam.

Stationibus notis addendae sunt: Ora septentrionalis ins. S. Nicolai, loco dicto Prainhas, in maritima petrosis; eademque ora ins. S. Antonii circa pagum Synagoga! In littore arenoso prope

Porto-Praya Jacobaeae I. *Pes Caprae* quam maxime abundat!

149. I. *sessiliflora*, Roth.

Binae formae in Gorgadibus adsunt:

α . *angustifolia*, C. Ble: foliis (exceptis inferioribus latoribus) supra auricularis tantum 4—5" latis, superioribus sublinearibus.

HAB. in ins. S. Antonii Ribeira de Paul! m. Novembri florens.

β . *latifolia*, C. Ble: omnibus partibus praecedente longe robustior, foliis plerisque pollicem latis.

HAB. in ins. S. Nicolai valle Ribeira Brava! 150. I. *S. Nicolai*, C. Bolle.

151. I. *Stegrifolia*, Choisy.

Glabra caule herbaceo volubili, foliis hastatis anguste triangularibus, apice acutatis repenter obtusatis breviter mucronulatis, lobis basalibus profunde cordatis sagittate divergentibus lamina anteriore brevioribus, pedunculo 1—3-flo, fructifero elongato, floribus pedicellatis, calycis laciniis inaequalibus, 3 ovatis obtusissimis, 2 angustioribus magis acutis, omnibus mucronulatis margine late membranaceis, corolla carnea calycem plus duplo excedente, capsula late ovata striatim venosa mucronata, seminibus compressis fuscis longa lanugine alba vestitis.

Caulis breviter scandens, circ. 2-pedalis, gracilis, rufus. Folia inter se disita, margine integerrima, undique glabra, pellucide punctata; lamina anterior 1" 5" longa; basi 7" lata; lobi basales, quorum in eodem folio alterum rotundatum, alterum acutum vidimus, circ. 10" longi, 6" lati. Petiolus 9" longus, rufescens. Pedunculus folio singulo oppositus, subverrucosus, petiolo brevior. Corolla glabra, 6-linearis, circ. 5 lineis calycem excedens. Pedunculus fructifer demum usque 3-pollicaris. Capsula luteo-fusca. Stylus capsulae impositus 1" longus vel paulo longior et basi subconica apicem versus attenuatus.

HAB. in insulae S. Nicolai valle Ribeira Brava! in sepibus agrisque cultis; m. Augusto florens simulac fructus gerens maturus.

Difert ab affini I. *aggitata*, Desf. primo obtutu foliis brevioribus, latoribus, petiolo brevi, sepalis 3" modo longis, corolla denique, quae in illa maxima, speciosa, infinite minore neque ita conspicua.

151. I. *leucantha*, Jacq. Coll. II, p. 280. Ic. rar. II, t. 318. Convolvulus leucanthus, Desrous.

HAB. non solum in rupestribus insulae Jacobaeae, ubi florens, ex cl. J. D. Hooker, dilute carnei, sed etiam, et quidem typica albiflora, Bravae in oedibus prope templum!

FI Octobri ad Januarium.

152. I. *Cairica*, Webb Spicil. gorg. p. 152. Convolvulus cairicus, L. Sp. Pl. 222. Ipomoea palmata, Forsk. Aeg. Arab. p. 43. Choisy in D. C. Prodr. IX, p. 386.

Valgo in Gorgadibus Legação de Cabras vocatur. Radix repens, fusca, digitum crassa pro

remedio adhibetur, quia vehementer alvi purgationes movet.

Stationibus hujus Ipomoeae adduntur; Valles septentrionales insulae S. Nicolai, praecipue Ribeira d'Agua et Ribeira Brava ad aquae lapsum superiorem; Densaissime arbores frutesque, vel imo caulis suis prostratis, intertextis declivia rupesque integras obtegens, corollis roseo-lilacinis insigne hujus Chloridis est ornamentum.

Fl. Augusto ad Novembrem.

153. *Convolvulus Bourgaei*, C. Bolle. Sect. 2. *Strophocaulos*, Don.

Lignosus (basi saltem) scandens, caule tomento fusco-albido dense hirsuto, foliis ovali-lanceolatis apice attenuatis acutissimis, basi auriculato-cordatis petiolatis (petiolo tomentoso, folio dimidio breviori) tomentosio, subtus dense piloso-hirsuto pallido, nervo medio cum secundariis lutescentibus, inter se (foliis) distantibus.

HAB. prope pagum Arafo, in Teneriffa. (Bourgeau 1845.)

Species e specimine unico juvenili, flore fructuque carente incomplete cognita, C. canariensi, L. similis, a quo differt praesertim foliis angustioribus, acutioribus, magis abbreviatis. Forsan alte scandens.

154. *C. Hystrix*, Vahl. Symb. I, p. 16. *C. armatus*, Del. Fl. aeg. p. 45, t. 18 f. 2.

Vulgo: Chaparro.

HAB. hic deserticola in jugo quodam insulae Fuertaventurae, retro Puerto-Cabras. (Bourgeau.)
C. benehoavensis, C. Bolle.

Sect. 1. *Orthocaulos*, Don.

Suffruticosus vix 1-pedalis, pilis erecto-patentibus dense villosus, ramorum cortice luteo-fusco, ramis virgatis erectis, secundariis brevioribus, foliis lineari-lanceolatis vel lanceolatis sessilibus parvulis, infimis majoribus semipollicaribus, ramulorum summitatibus vellere lutescenti tectis, floribus...

HAB. in insulae Palmae summi jugi la Cumbre dicti scoris adstant, prope cacumen Pico del Cedro, m. Septembris 1852 sine flore fructu a me inventus. Species habitu singulari Rhodorhizae scopariae et virgatae similis, fortasse et ipsa Rhodorhiza ex orthocladium tribu. Nomen a patria Palma, quae aboriginibus Benehoave i. e. terra mea sonabat, adepta est.

156. *Rhodorhiza fruticulosa*, Webb, Berth. Phytogr. canar. III, p. 33. Id. t. 140. *Convolvulus fruticulosus*, Desrous. in Lamck. Encycl. III, p. 541. Physik. Beschreib. Canar. Ins. p. 145 et 164. *Rhodorhiza glandulosa*, Bourg. Exsicc. sec. itin. (1855) non Webb Berth.

Haec planta rarissima, olim in horto Parisiensi, e seminibus ante a. 1787 a Collignon missis culta, deinde a viris clarissimis Christiano Smith et Leopoldo de Buch prope Taganana in Teneriffa lecta, inde ab illo tempore autem in solo patrio frustra quaesita, a cl. Bourgeau 1855 de novo reperta fuit. Statio propria est el Risco de Taganana (in schedula sphaemate sine dubio Taganana scribitur) in rupestribus maritimis.

In herbario Buchiano sub No. 205 specimen authenticum *R. fruticulosae*, nomine Desrousseauo Linkii manu inscriptum aservatur; eique dies „17. Junii“ (1815) adpositum est. Folia hujus exempli sunt angusta, acuta et solito multo longiora (2 pollices usque longa); ceterum textura aliaque notis cum stirpe Bourgaeana conveniunt. Nullomodo *C. Pseudo-siculus*, Brouss. est, uti Link suspicatur, neque minus in errorem inducuntur, qui cum Choisy nostram speciem cum valde diversa *Rhodorhiza glandulosa*, Webb Berth. in unum confundunt.

157. *R. volubilis*, C. Bolle. *Convolvulus volubilis*, Brouss. Buch Physik. Besch. Canar. Ins. p. 145.

Caule lignoso volubili elongato rimoso-striato glabrescente ad foliorum ortum tantum pilosiusculo, foliis inter se remotis alternis petiolatis (petiolo semipollicari, cum gemmis adpressae flavescens-piloso subsericeo) late ovatis basi leviter subcordatis apice acutatis vel obtusiusculis integris reticulato-venosis (venatione illi *R. fruticulosae* simili paulo minus tamen dense reticulata) undique glaberrimis subcoriaceis pollicaribus et ultra, 9" latis, pedunculis axillaribus solitariis glabris, cum pedicellis folio duplo longioribus gracilibus, pedicelli dichotome ramosi subcorymbosis, laxae 4—6-floris, calycis glabri laciniis ovatis venoso-reticulatis apice rotundatis mucrone medio brevi spatio protracto, bracteis..., corolla.....

HAB. in Teneriffa prope Taganana (Buch No. 204 in herbario suo, ubi et *Convolvulus similacina* inscripta est). Species adhuc obscura, mihi e specimine incomplete a Chr. Smith et de Buch m. Junio jam deflorato et absque seminibus lecto, modo nota est. Immerito Link (in herbario Buchiano et, quamvis dubitanter, in Physik. Beschreib.) nec non eodem modo Choisy in Candollei Prodromo IX, p. 413 hanc stirpem cum *C. Massoni*, Dietr. (*C. solanifolius*, Lowe) conjungunt. Hic, qui Maderensis florae civis, a nostra toto caelo differt. *Rhodorhizae volubili* cum *R. fruticulosa*, Desrous. magna est affinitas, si foliorum texturam calycisque formam spectas, inflorescentiae autem valde dissimiles sunt folioque *R. fruticulosae* constanter angustiora, discolora, mucronata, densissime posita, interdum, ut exemplar herbarii Buchiani docet, plus duplo longiora. Patria locusque natalis utriusque idem.

158. *R. Perraudieri*, C. Bolle. *Convolvulus Perraudieri*, Coss. apud Bourg. Exsicc. sec. itin. et in Bullet. Soc. bot. Fr. 1856 No. 1. *C. fruticulosus*, C. Bolle in litteris ad cl. Semmann, Bonpl. 1856 p. 392 et in schedulis, non Desrous.

Frutex dumosus 3—5-pedalis pubescentia tomentosulo-canescens, ramis gracilibus intricatissimis pluribus volubilibus, florigeris foliosissimis plerisque erectis, veteribus denum glabris rufifuscis, foliis breviter petiolatis oblongo-lanceolatis elongatis pellucide nervosis saepe inter nervos irregulariter diaphano-punctatis, floribus in racemos terminales multifloros densos foliatis positus,

rarius longitudinaliter sparsis, pedunculis axillaribus 1—3-floris tomentoso-puberulis medio 3—4-bracteatibus, bracteis linearibus acutis, sepalis late oblongis acutatis macronulatis, corolla calycem duplo excedente lilacina, (siccoando corulescente) plicis roseis sericeis, caeterum glabra, capsula ovato-conica rostrata hirsuta, matura subglabrescente, seminibus tuberculatis aterrimis.

HAB. in rupestribus apricis gregatim: ad basin collis olim ignivomi Montaña de Zofra vel de la Diosca, inter Lagunam et S. Cruz de Tenerife (seconde butte volcanique sur le chemin de Laguna), ubi densissimis sed debilibus sarmentis Bossae Yervamoras aliosque frutices obtigit; in caemine montis Pino de Oro, loco dicto las Mesas, utrisque stationibus numerosissima! Barranco de Chajana (de la Perraudière).

Fl. Februario ad Augustum, sed sub aestatis calore semina tantum maturat.

Hanc plantam rarissimam a 1852 detexi et primo oculi ictu cum amicissimo Berthelot, quocum vivam stante pede communicaveram, pro nova agnovi. Postea immerito, a 1856 pluries revisam atteroque loco natali repertam, eandem esse ac R. fruticulosam, W. B., tunc temporis mihi ignotam, arbitratus sum nostramque hoc sub nomine erroneo in nonnullorum amicorum herbaria distribui.

159. *Evolvulus linifolius*, L. Sp. pl. 392. — Spicil. gorgon. p. 153. — A. Schmidt, Beitr. Capverd. p. 228. — E. lanatus, Chr. Sm. in Tauck. Voy. p. 252.

♀. *grandiflorus*, tota planta pilis suberectis longis hirsutissima, foliis lanceolatis, corolla calycem duplo magisve excedente, extus villosa-striata, more Veronicæ Chamaedryos fere, pulcherrime coerulesca.

Hanc varietatem nostram solum in Gorgadibus occurrere persuasum habemus. Abunde in insularum S. Nicolai et S. Vincentii collibus desertis calidis graminosis, post pluviam nascitur. — Costa de Sul insulae S. Antonii! Fl. Septembri et Octobri.

160. *Evolvulus alsinoides*, L. Sp. pl. 392.

HAB. in collibus petrosis regionis calidae insulae S. Nicolai! M. Octobri floret.

A precedenti, in archipelago viridenai longe vulgariori, ramis patentim pilosis, foliisque ovatis petiolatis facile distinguitur. Corolla calyce brevior; folia plantae nostrae undique pilosa, neque, ut a b. Choisy in Candolleano Prodomo dicuntur, superne glabruscula sunt.

161. Cl. Engelmann in opere recenti de Cuscutis (ab amico Paulo Aacherson in latinum sermonem verso) omnes hujus generis canarienses species hucusque in libris emmeratas, excepta sola C. *pilinum*, Weihe, C. *planiflora*, Ten. subjungit. Igitur C. *Episonchum*, C. *calycina* et C. *Epiplocamum*, Webb in Pl. Bourg. No. 1430 sistunt C. *planifoliae* varietatem γ *Webbii*, Engelm. quae in Lusitania quoque

crescere fertur. In C. *Episoncho* calycis lobi non tam complete conjuncti quam in *Epiplocamo*. Specimina nonnulla canariensis tamen ad ejusdem speciei var. α approximata, Engelm. potius quam ad precedentem γ, teste ipso Engelmanno, pertinere videntur. Nos in alto Canarie Magnae jugo la Cumbre de Tejada C. *planifoliae* formam *Webbii* Genistae microphyllae, DC. ramis implexam n. Majo floridam legimus.

Cuscuta *Epithymum*, Murr. et europaeam L. in Fortunatis nasci cl. Engelmann omnino negat, quasvis herbaria nonnulla nomina inde ostendant. Cl. Bourgeau Cuscutam, quam europaeam vocat in Gomera prope Agulo Silense cuidam insidentem invenit, in quam, ad dubiam rem elucidandam, ulterius inquiratur.

Die Wälder des ungarischen Tieflandes.

Von Dr. A. Kerner.

(Fortsetzung.)

II.

Wenn man im Bereiche des Unterlaufes der Theiss vom Uferlande aus in westlicher Richtung gegen die Donau reist, so begegnet der Blick alsbald dünenartigen, langgezogenen Sandrücken, über welche man halbe Tage lang Hügel auf Hügel ab dahinführt. Unmerklich hebt sich dabei allmählig das ganze Terrain, und beiläufig in der Mitte zwischen Donau und Theiss hat man die höchsten im Mittel 200 Fass über dem Spiegel der beiden genannten Flüsse gelegenen Punkte einer Landhöhe erreicht, die in Jazygien beginnt und sich südwärts bis an den Baeser Canal hinabzieht. In den Mulden dieses hügeligen Terrains sind Zombék-Moore (hier turiani genannt), oft auch Natronteiche und Salzwiesen eingeschaltet, welche eine artenarme Halophytenflora beherbergen. Die Rücken der Sandhügel sind entweder mit einer schüttereren Vegetation aus steifen, rasigen Gräsern und graugrünen Kräutern bedeckt, oder sie sind mit Wäldern bekleidet, von denen einige, wie namentlich jene in der Gegend von Halas und in der westlichen Umgebung von Nagy-Körös, sich viele Stunden lang erstrecken und einen bedeutenden Umfang besitzen. — Der Sand, welcher diesen Wäldern zur Unterlage dient und überhaupt diese ganze Landhöhe zwischen Theiss und Donau zusammensetzt, ist bald als eine marine Bildung, bald als alluvial bezeichnet worden. Zahlreiche in diesem Sommer gemachte Beobachtungen, insbesondere der Nachweis mehrerer für den Löss höchst charakteristischen Schnecken an mehreren Punkten dieses Terrains, lassen ihn aber als ein diluviales, über dem Löss liegendes Sediment erkennen,